

ipso Spiritu dicit Apostolus: Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ipsum etiam Spiritum Dominus dedit Discipulis, quando insufflavit, et dicit: Accipite Spiritum sanctum. Os autem quoddammodo super os posuit, quando insufflando spiritum dedit. Gratias ergo agamus piissimo Redemptori, qui nos nullis precedentibus meritis susceperat; et non solum de morte perpetua eripuit, sed etiam adveniente gratia ipsius, si bene egerimus, aeterna praemia remisit.

Vigesimam secundam figuram contemplor lignum illud, quo in flumen Jordanis mittens illud Eliseus, ferrum securis, quod in illud ceciderat, super aquam enatae fecit, et illud recuperavit, ut sacra tradit Regum historia. Haec perpendens s. Iustinus martyr. (in dial. cum Trip.): Lignum, inquit, ubi Eliseus in anem Jordanem proiecit, ferrum securis calcavit, qua filii Prophetarum ceciderunt, ut ligna cederent ad structuram domus, ubi legem, et praepcepta Dei commemorare, atque meditare constituerant; quemadmodum et nos, gravissimis peccatis, quae in nos admisimus, baptizatos atque submersos per supplicium capitale crucis in ligno, et per purificationem aquae Christus noster redemit, et donum orationis, et adorationis efficit. His non dissimilia sunt illa alia d. Augustini: Sed, nec Eliseus ligni huius mystici virtutem penitus ignoravit, quae securim de manubrio in gurgitem lapsam, misso in flumine ligno, de profundo evocavit; significans utique dura corda, et terreas hominum cervicis, de profundo emeris erroris, ligno crucis esse in posterum subigandas. O cruce, cuius tantus, ac talis decerpitur fructus. Denique Tertullianus de eadem figura in hunc modum philosophatur: Cum filii Prophetarum super flumen Jordanem lignum securibus caederent, exiit ferrum, et mersum est in lumine; atque illa Eliseus propheta superveniente, petuit ab eo filii Prophetarum, ut ferrum flumine, quo mersum fuerat, erueret: atque illa Eliseus accepto ligno, et misso in eum locum, ubi mersum fuerat ferrum, statim supernavavit, et lignum mersum est, quod ceperunt filii Prophetarum: ex quo intellexerunt, quod Heliae spiritus in eo sit repraesentatus. Quod manifestus huius ligni sacramentum? quod duritia huius saeculi mersa in profundo erroris, et a ligno Christi, id est passionis eius in baptismo liberatur, ut quod perierat olim per lignum in Adam, id restitueretur per lignum Christi; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA XXVI.

Prosequimur Dominicae crucis figuras alias non paucas recensentes, tam ex vetusto quam ex novo testamento, mira quoque crucis virtus aperitur, quam et egregia Patrum epitheta nos elocent.

Ne in eo, quod pollicitus sum, desicere videar, si plerosque alios Dominicum crucem adumbrantes typos silentio praeteram, compellor in hac homilia, quae supersunt, crucis imagines breviter complecti, sanctorum Patrum doctrina illas perpoliens, et exornans. Prosequens autem inceptum argumentum ab expansis manibus Samsonis exordiar, quibus templi columnas evellens, hostes suos interfecit. Quam historiam versans d. Augustinus (de temp. ser. 107) dixit: Caecitas ergo Samson, quam intulerunt, caecitatem Iudaeorum significabat; Christus autem a Iudaeis et comprehensus est, et occisus. Adduxerunt ergo eum inimici, ut intenderent ei, iam hic imaginem crucis attendite: expansis enim manibus ad duas columnas, quasi ad duo ligna crucis extendit, sed adversarios suos interemptos oppressit, et illius passio interfecit facta est persequendum. Et ideo Scriptura concludit: plures mortuos occidit, quam vivos occiderat. Nam hoc mysterium est: Redemptionem nostram, quam ipse vivens minime celebraverat, mortuos consummavit.

In duobus deinde lignis, quae vidua Sarephana collegit, idem s. Pater Augustinus (ser. 201, et hom. 18. de temp.) crucem Domini praesignari consuit, dicens: Mulier illa typum gerebat Ecclesiae; et quia duo ligna Crucem faciunt, quaerebat mortuam, unde semper esset victura. Beda (sup. Ge. c. 41) annulum, quo signabat rex Aegypti, typum fuisse Dominicae Crucis in haec verba scripsit: Iosue accepit quoque annulum, quo credentium salutis signo signantur animae, et in frontibus, et cordibus nostris per figuram crucis figura aeterni regis exprimitur. Unde d. Chrysostomus (hom. de vener. Crucis) dicit: Signaculum Crucis appellata est, quod testamenta, et statuta divina omnia quae accepimus, hoc quasi signo quodam regio et annulo obsignamus. D. Clemens Alexandrinus (lib. 5. Strom. c. 3) in candelabro aureo templi auream Crucis imaginem intueitur dicens: Habet aliud quoque aenygia aureum candelabrum, signi Christi, non figura sola, sed eo etiam quod lucem immittit multifariam, multisque modis, in eos, qui ipsam credunt, sperant, et respiciunt.

Consentit s. Augustinus (ep. 209) in haec verba: Dicebat Apostolus: Imitatores mei estote, sicut ego Christi. Istud lumen erat illuminatum a lumine sempiterno ipso Domino nostro Iesu Christo, et in candelabro positum erat, quia in eius cruce gloriabatur.

Idem etiam Augustinus diligentissimum Dominicae crucis figurarum investigator, in trecentis illis viris, qui vicerunt Madian, crucis umbram observavit: Gedeon, inquit, fratres

charissimi, typum gessit Domini Salvatoris: et quia trecenti, secundum Graecorum computum, crucem faciunt, ita tunc Gedeon trecentis viris Iudaeorum populum de crudelissimis gentibus eripuit. Quomodo postea Christus per mysterium crucis totum genus humanum de potestate diaboli liberavit.

Subscribit d. Isidorus (in alleg. saer. scrip.) dum ait: Gedeon, qui cum trecentis viris perrexit ad praelium, typum Christi gestavit, qui in signo crucis de mundo victoriam reportavit. Trecentorum enim numerus, qui iuxta Tau litteram continetur, spectus crucis ostenditur.

Deinde venerabilis Beda nuper citatus docet crucem praefigurari in arbore malograno, sub quo rex Saul se constituit enim sexcentis militibus. Ad iudicium, inquit, virtutis pertinet, quod in Gabaa, id est in collo morabatur, quod sub malograno, quod sexcentos habebat comites. Ut enim collis castitudinem virtutum, malignanti tegmen protectionem Dominicae crucis: sex centenis militum numerus perfectos spe, et operatione demonstrat. Verum, quod in extrema parte collis sedebat, quod arbor, cuius umbraculo tegebatur in Magron, id est in gultura, sita erat, minus perfectae adhaec signa sunt mentis, hoc est eius, quae nec dum plene desiderata potuit moenia subire virtutum; quae Dominicae Passionis mysterium ore tenet, sed intuari necdum valet.

Idem etiam testatur (praef. loc. cap. 9), altare Holocaustorum crucem Domini praesignificasse, in qua, velut in sacro altari, sui corporis holocaustum et victimam per mortem Deo Patri obtulit: verba eius sunt haec: Aedificavit altare, ut celebrato super illud holocausto, pro peccato quoque populi, quod temere commiserat, interiret. Aedificavit Magister quisque perfectus in audientium corde fidem Dominicae passionis, ubi altare vivificae crucis sanguis ille pretiosus in remissionem fusus est peccatorum, manifesto cunctos informans exemplo: quia si Domini exitus mors, multo magis servi mortificare debent membra sua, quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam, quae est simulacrorum servitus, et caetera talia, quae opera carnis, et sanguinis esse, nec fructui Spiritus sociari posse, manifestissime claret.

Sanctus Isidorus per clavum, quem ligneum fuisse citandi Patres constantur, quo Hiel Sysarae tempora trebravit, et confodit, eandem crucem praesignari autumat, cum ait: Sysara, typus diaboli fuit, Hiel autem, quae ligno tempora eius transfodit, Ecclesiae typum expressit, quae per vexillum crucis diaboli imperium interfecit. Subscribit etiam d. Augustinus iniquens: Quae est illa mulier plena fiducia hostis tempora ligno transfigens, nisi fides Ecclesiae cruce Christi regna diaboli perimens.

Sanctus Gregorius Nyssenensis ingeniose satis lanceam, quam Saul contra David immisit, huius argumento in hunc modum aptat: Percutit illum lancea, lancea autem lignum est ferro armatum; sed excipit illius loco murus lanceam. Per murum vero intelligimus terrenam aedificationem, qua corpus nobis innuitur, circa quod lignum videmus crucis, et ferrum. Ad Da-

vid ille a Domino unctus, et rex a passione longe abest: dicitur enim cruce, et clavis non affigitur.

Sed claraior alia testimonia reperio apud Rupertum, et Bedam: nam ille (super librum primum Regum) ait: Potest specialiter cythara David crucem Domini, lancea Saul in pariete, clavos crucis, vel ipsam militis lanceam, qua latus eius apertum est, figuratiter ostendere.

Beda autem (in Samuel 1.3. c. 5) loquitur: Potest specialiter cythara David crucem Domini, lancea Saul in pariete, clavos crucis, vel ipsam militis lanceam, qua latus eius apertum est, figuratiter ostendere.

Sanctus Augustinus cathedram, in qua docebat David, de qua sacrae textus ait: David sedens in cathedra sapientissimus Princeps interpres ipse est, quasi tenerissimus ligni vermiculus, qui obtingens interfecit impetuoso, Christi Crucem praenotari observavit, dicens: Crux illa, schola erit, ubi docuit magister latronum lignum pendens, cathedra facta est docentis.

Sanctus Isidorus in lignis cedrinis, quibus rex Salomon aedificavit parietes templi, ut habetur (1.3. Regum), Dominicam crucem contemplatur: Porro, inquit, quod parietes templi interioris ligno teguntur, hoc ob mysterium Dominicae reguntur imaginatum est, sub cuius tutela protegentur omnes Sancti; qui induripias pacis perseverantia, tanquam lapides vivi in structura Ecclesiae unitate fidei solidantur.

Idem praeterea sanctus Isidorus (eodem lib. cap. 3) in eo, quod Salomon disputavit a cedro, quae est in Lybano, usque ad hyssopum, quae egreditur de pariete, eandem Dominicam crucem exprimi putat in haec verba: Disputavit autem Salomon a cedro usque ad hyssopum: cedri nomine celestium gloriae in electis accipitur, sicut et Propheta testatur, dicens: Iustus, ut palma florebit, et sicut cedrus, quae in Lybano est, multiplicabitur. Hyssopus in remissionem herba humilis est saxo haerens, quae signatur humilitatis Christi. Redemptor quippe noster a cedro usque ad hyssopum disputavit, quia ab alta excellentia caelestis gloriae usque ad carnis humilitatem descendendo pervenit: siquidem et cedri nomine praecorum superba elatio designatur, sicut per David dicitur: vox Domini confringentis cedrus. A cedro itaque Christus usque ad hyssopum disputavit, quia ipse praecorum corda, et humilitatem iudicat; super ligna autem disputavit, dum in cruce pendit. Tunc enim in cedro saeculi arrogantiam inclinavit, quando eam usque ad hyssopi humilitatem, id est usque ad crucis stultitiam, ac contemptibilem fidem deduxit.

His figuris, quarum antiqui Patres meminere, alias, quas illi praeterierunt, nostrum erit adiungere. Insuper ergo aurea Aesuri regis virga, ad quem nulli accedere licebat, nisi prius tactu eius additum insinuasset, Christi crucem adumbrabat, cuius virtute, nisi prius mortalium corda divinitus tangantur, in Deum, prout oportet ad salutem, nulla ratione converti possunt; Arcus praeterea variis coloribus insignitus in symbolum pacis, et pignus reconciliationis inter Deum, et hominem caelitus datum; Clavis Isaiae, ad servandos Ecclie-

siae thesauros, et reserandos caelestes; Scepturum Ioseph proregis Aegypti, cuius fastigium adoravit Iacob, praevidens in summitate crucis Christi, quam figurabat, sanctissimum Iesu nomen collocandum; Funda, qua gigantem Goliath humilis David percussit, et Gladius, quo caput eius praecidit; Palma, victoriae symbolum, ad quam promiserat sponsus ascendere; Funiculus coccineus a fenestra pendens in signum liberationis; Tau, quo tanquam singulari nota divina iussione insigniebantur, qui ab angelo percutiente indennes, et illaesi praetermittendi erant, crucem Dominicam mirifice exprimunt; Terebintus, sub qua Iacob idololatricam virtute crucis, de qua dicitur (*Ecles. 24.*) *Ego, quasi terebintus extendi ramos meos.* Illa trium propagium vitis (*Genes. 40*) quae symbolum est redemptionis, quatenus per illum signata erat restitutio pincernae, humanae generis reparationem praenotavit. Quid plura? nonne Crux virga Ionathae, qua mel comparavit, cum per Crucis mortem Christus Dominus, et corporis, et nominis gloriam obtinerit? nonne quercina arbor, ex qua pulcher Absalon suspensus fuit, et tribus lanceis confossus tres Christi clavos adumbrantibus, quibus transxus fuit?

Ad extremum clypeus carte, quem ex mandato Dei Iosue levavit in altum ad vincendum regem Hay, manifestam Crucis imaginem gerit, qua mediante in altum levata, tanquam inexpugnabili clypeo versus Iosue, Christus Dominus Principem tenebrarum, id enim significat Hay, ut notavit Origenes, devicit, et universum eius exercitum profligavit. Persimilis est huic figurae alia, quae ex levatione signi, de quo Isaia (*c. 18.*) *Cum elevatum fuerit signum in montibus,* apte desumitur, cum per illam Crucis Christi levatio praesignetur, iuxta illud (*Isa. 12.*) *Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum.* Cui non parum faveat additio ad Glossam ordinariam in praecitato loco Isaiae, ut docet Hieronymus ibi: lignum videlicet illud, in modum vexilli, erectum fuisse in monte obscuro, et caliginoso, quod et Crucifero Christi vexillo etiam accidit, cum tempore crucifixionis, et mortis eius, non solum montem Calvarium, sed et universam terram densissimae tenebrae operuissent.

Porro reliquum est, ut crucis imagines, et figuras, quae ex evangelica lectione colligi possunt, continuo subiciamus. Licet enim Christus Dominus vetustis illis figuris finem imponeret, dicens: *Consummatus est, ut adnotant d. Hilarius (sup. Io. 19), et antiquissimus Arnoldus Abbas (de septem var. Dom. ut habetur in Bibliotheca Sanctorum)* antequam tamen in crucem ageretur, nonnulla praemitti voluit, quae illam praesignarent. In quorum numerum primum refero, iuxta sententiam d. Augustini, arborem sycomorum, in quam Zachaeus ascendit, ut Christum Dominum inveni posset: nam sicut sycomorus latine interpretatur, *ficus stulta*, et tamen iuvamen praebuit Zachaeo, ut Christum Dominum videre posset: ita per stultitiam crucis placuit Deo salvos facere credentes. Secundo ut s. Angu-

stinus indicavit (*super Ioa. tract. 11.*) Candelabrum, in quo ponenda erat lucerna, non sub modio, ut Christus Dominus praedixit *Mattaei 5. Marci 4. Lucae 8. et 11.* Dominicam crucem praefigurabat. Loquens enim de Christo Domino illum super humeros baulante, sic ait: *Ipsam suam crucem suo gestiens numero commendabat, et lucernae arsurae, quae sub modio ponenda non erat, candelabrum ferebat: et (libro de diversis sermone 92), et (de quinque haeresibus cap. 7): Suis discipulis dixit Dominus: Nemo accendit lucernam, et ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Domus, mundus est; Candelabrum, Christi Crux est; lucerna in candelabro lucens, Christus in cruce pendens. Tertio in eodem numero refero ligneum retrum, in quo defunctus Inventus, quem Christus Dominus suscitavit, gessabat: nam Dominicae crucis tyrum gessisse magnus Pater Ambrosius (*super c. 7. Lucae*) in haec verba luculenter edocuit: *Mortuus in loco materiali- bus quatuor ad sepulcrum ferebatur elementis, sed spem resurgendi habebat, quia ferebatur in ligno; quod etsi nobis ante non proderat, tamen postquam Iesus id tetigit, proficere coepit ad vitam, ut esset indicio salutem populo per Crucis palatium resurgendum. Audito igitur Dei verbo, steterunt acerbi illi funeris portitores, qui corpus humanum lethali fauce naturae materiali urgebant. Quid enim aliud, nisi quasi in quodam fetetro, hoc est supremi funeris instrumentum iacemus exanimis, cum vel ignis inmodice cupiditatis excaecet, vel frigoris humor exundat, vel pigra quaedam tridens corporis hebetudine vigor hebetatur animorum, vel concreta noster spiritus labat, purae lucis vaeus mentem aiat. Quarto alii crucis imaginem in navi illa, de qua d. Matthaeus (*c. 14*): *Navicula in medio mari iactabatur fluctibus, deiegit, a quo non abhorret verba d. Ambrosii (lib. 1. de Spiritu sancto c. 8)* dum ait: *Lignum illud crucis, velut quaedam nostra navis salutis, vectura nostra est. Clarius tamen d. Augustinus (de divers. serm. 22) id ipsum tradit dicens: Multum est ad te, quia infirmos oculos habes, intueri solem, lucernam vide: suis enim discipulis dixit Dominus: Nemo accendit lucernam, et ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt; domus, mundus est; candelabrum Christi crux est; lucerna in candelabro lucens, Christus in cruce pendens.***

Et paulo inferius haec subdit: *Surrexit a mortuis, ut pro discipulis in Ecclesia, tanquam in navi constituitis, et fide crucis suae tanquam in ligno portatis, et tentationibus huius saeculi, tanquam fluctibus maris periclitantibus solus oraret.* Tandem inauditam quandam, et singularem Dominicæ crucis figuram apud duos gravissimos Patres reperio, sanctum scilicet Gregorium Nyssenum (*ora. 1. in Christi resurr.*) et sanctum Chromatium (*in Matt. cap. 5*). Affirmant enim hi Christi Domini crucem adumbratam fuisse in iota illo, et apice, quorum meminit Christus Dominus, cum dixit (*Math. 5*): *Amen quippe dico vobis, donec transeat coelum, et terra, iota unum, aut unus apex non praeteribit a*

lege, donec omnia fiant. Divus enim Chromatius ait: *In iota, vel apice legis, crucis quoque sacramentum potest intelligi, quia iota, et apex, quaedam in se imaginem crucis ostendunt.* Fuscus tamen sanctus Gregorius Nyssenus (*loco praecitato*) sic philosophatur: *Idem mea quidem sententia significat etiam iota illud, si cum apice coniunctum consideretur, quod de coelo stabilis, et terra firmius, et omnium rerum constitutione certius est. Coelum enim, et terra transibunt, et huius mundi figura praeterit. Iota autem ex lege, et apex unus non praeterit. Linea recta et sublimi in imum descendens, iota dicitur; oblique autem latera pertingens, apex nominatur: id, quod ab ipsis navigantibus licet discere, qui lignum illud transeerunt, malo adiacens, cui vela suspenduntur, graeco eodem nomine, quo apicem nominant, nempe *κεραυ*. Quamobrem divina haec evangelii verba mihi videntur in crucis figura, tanquam aenigmati, et speculo quodam illud ostendere, in quo omnia constiterunt, quod omnibus, quae in ipso continentur, stabilis est, atque aeternum; cuius potentia cuncta moderatur. Proinde Dominus ait, oportere filium hominis non simpliciter mori, sed crucifigi; ut crux Deum gestans adversariis omnipotentiam illius, qui in ipsa penderet, et vim, quique omnia in omnibus est, figura sua patefaceret.*

Hanc horum Patrum intelligentiam, et expositionem, animadverto, non leve fundamentum in humanis literis habere: nam iota est litera quaedam graeca persimilis huic I, qua Latini utuntur, apud vero apud Ethnicos significabat virgam rectam, quam in summitate pilei eorum flammis gestare soliti erant, ad quod alludens Valerius Maximus de cultu Deorum scribens dixit: *At Sulpitio, qui flamen, seu sacerdos erat, inter sacrificandum e capite apex protapsus, eidem sacerdotium abstulit.* Eiusdem etiam virgae, aut apicis meminit Virgilius, cum fingens, per caput Ascanii Aeneae filii irradiantem flammam visam fuisse, in hunc modum cecinit:

Ece levis summo de vertice visus Iuli.  
Fundere lumen apex, tactaque innoxia molli  
Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.

Latini etiam consueverunt apicem appellare accentum illum, qui imponi solet supra vocalem ad indicandum verbum longum, aut breve esse; cuius, ut supra est in Quintiliano, et aliis, nihil aliud est, quam linea quaedam transversa: coniuncta ergo haec duo I, et apex, figuram crucis perspicue ostendunt. Unde ad id respicientes Gregorius Nyssenus, et sanctus Chromatius praecitato loco, dixerunt, in iota, et apice Dominicam crucem praesignari.

Porro iam de miracula crucis virtute nonnulla, proat promissimus, apponamus, inchoantes a celeberrimo poeta Ecclesiastico Prudentio in hymno, ante somnum: ubi in hunc modum cecinit:

Fac cum vacante somno  
Castum petis cubile,  
Frontem, locumque cordis

Crucis figura signes;  
Crux pellit omne crimen,  
Fugiant crucem tenebrae  
Tali dicata signo,  
Mens fluctuare necesse:

et paucis quibusdam interpositis subdit:

Discede, Christus hic est,  
Hic Christus est, liquece;  
Signum, quod ipse nosti,  
Damaat tuam catervam.

Sanctus Martialis haec de Dominicæ crucis virtute scripsit: *Crucem Domini, in quem creditis Deum verum, et Dei Filium semper in mente, in ore, in signo tenete. Crux Domini, armatura vestra invicta contra satanam, galea custodiens caput, lorica protegens pectus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitatem, et angelicas insidias perperas potestatis sibi propinquare nullo modo sinens. Hoc solo signo coelestis victoria data est nobis, et per crucem baptismi Dei sanctificatum est.*

Sanctus etiam Cyrillus Hierosolymitanus (*cateches. 13*) id ipsum his verbis confirmat: *Triumphavit enim de illis in hoc signo, ostenta illud audacter: quando enim viderint crucem, recordantur crucifixi, metunt enim eum, qui contrivit capita draconis. Neque propterea, quod est gratuitum, contemnas hoc signaculum, sed ideo magis venerare benefactorum.*

Non dissimilia tradit sanctus Iustinus martyr (*in dial. cum Triphono*) dum ait: *Cum populus bellum gereret adversus Amalech, et Nave, filius Iesu nomine cognoantur inter primos pugnavit, Moyses ipse Deum orabat, manibus utrinque expansis; Hur autem, et Aaron eas die toto sustinebant, ne ipso defatigato demitterentur. Nam si quidquam remittebatur de signo isto crucem imitante, prout in Moysae literis est scriptum, populus vincetur; sin in statu isto permanebat, Amalech superabatur; et qui fortis erat, per crucem fortis, rem praecleari gerebat; non enim propterea, quod Moyses ita orabat, populus in praecio superior erat, sed quod nomine Iesu in prima aere versante, ipse crucis signum designabat.*

Origenes in idem eleganter dixit (*de cant. Moys. Exod. c. 15. ho. 6*): *Quid timeat daemones, quid tremunt? sine dubio crucem Christi, in qua triumphati sunt, in qua exuti sunt principatus eorum, et potestates. Timor ergo, et tremor eadem super eos, cum signum in nobis viderint Crucis fideliter firmum, et magnitudinem brachii illius, quod Dominus expandit in cruce, scilicet dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem mihi. Non te ergo aliter timeant, nec aliter tremor tuus veniet super eos, nisi videant in te crucem Christi; et nisi et tu poteris dicere: mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundus.*

Idem etiam (*in epist. ad Roman.*) inquit: *Est enim tanta vis crucis Christi, ut si ante oculos ponatur, et in mente fideliter relictur, sicut in ipsam mortem Christi intentis oculis mentis aspiciatur, nulla concupiscentia, nulla tibi-*

do, nullus furor, nulla superare possit invidia; sed continuo ad eius praesentiam totus ille, quem super enumeraverimus, peccati, et carnis fugatur excrevit.

Item sanctus Antoninus, ut refert divus Athanasius, contra daemones audacter loquens haec illis obiecit: Si quid vultis, si vobis in me potestatem Dominus dedit, ecce praesto sum, deorante concessum; si vero non potestis, cur frustra nitimini, signum crucis, et fides ad Dominum, inexpugnabilis nobis murus est.

Insuper etiam aiebat: Solent daemones saucii gravius assurgere, et mutata arte pugnandi, cum cogitatione nihil egerint, pavoribus terrent, assumentes, nunc mulierum, nunc bestiarum, nunc serpentium formas, necnon et ingentia quaedam corpora, et usque ad tectum domus porrectum caput, infans species, et militum ceteras, qui omnia ad primum quoque crucis signum evanescent.

Idem etiam s. Athanasius (in orat. contra Idola): Post crucis adventum omnis simulacrorum cultus submotus est, omniique daemonum vestigia hoc signo propelluntur.

Accedit d. Gregorius Nyssenus (adcer. eos, qui differunt baptis. circa princip.) dicens: Est enim simplex applicatio, et a Deo missum donum, et magnus revera census, absque ulla ustione, et sectione a diuturnis liberari vulneribus, quae passus sumus a morsu serpentis. Venite ergo qui malis affecti estis, ad vestram curationem, neque rem negligatis: morbus enim diuturnus, et intractatus artem superat, et curationem. Pauperes, et egentes festinate ad distributionem donorum regalium; oves ad signaculum, et signum crucis, quod malis opem fert, et remedium.

Accedit etiam sanctus Cyrillus Hierosolymitanus, qui de crucis virtute haec magna profert (catech. 13. in fin.): Trophaeum Iesu salutare, crux omnes congregavit. Hoc Persas servare fecit, hoc Seythas cicuravit, hoc Aegyptios a capris, et canibus, et variis erroribus ad Dei cognitionem adduxit. Hoc ad hodiernum usque diem curat morbos, daemones fugat, et veneficiorum, incantationumque avertit imposturas.

Sed iam divum Chrysostomum audiamus, qui in publicis concionibus ad populum dicebat: Pretium, cruce appellat, quam non simpliciter digito in corpore, sed magna profecto fide in mente prius formare oportet: nam si hoc modo eam faciei tuae impresseris, nullus aeclestisimorum daemonum cum hastam videat, qua lethale vulnus suscepit, congregati tecum audebit: nam si solommodo loca, in quibus capite damna, poenas persolvunt, videntes, ingenti horrore concutimur; quid passurum putas diabolum, si mucronem tenere te viderit, quo vires eius Christus dissolvit, et quo caput draconis magno ictu rotavit? et paulo inferius solita sua eloquentia dixit: Hoc signum, et priscis, et nostris temporibus clausas ianuas reseravit, hoc venenorum vires extinxit, hoc cicuravit vim dissolvit, hoc feroces bestias repressit, hoc lethales serpentum mocus curavit. Etenim si portas inferni pergressi, si coelorum ostia reclusit, si paradisi renovavit ingressum, si diaboli nervos recidit; quid mirum est, si pestifera venena, atroces bestias, atque huiusmodi superavit? hoc

igitur in mente tua insculpe, et animarum amplectere salutem.

Latus tamen, quam reliqui, haec nobis reliquit Lactantius Firmianus (de ver. sap. lib. 4. c. 27): Nunc satis est, huius signi crucis potentiam, quantum valet, exponere. Quanto terrore sit daemones hoc signum, sciet, qui viderit quatenus adiuvari per Christum, de corporibus, quae obsederint, fugiant: nam sicut ipse, cum inter homines ageret, universos daemones verbo fugabat, hominumque mentes emotas, et malis incurisibus furias in sensus pristinos reponebat, ita nunc sectatores eius eosdem spiritus iniquales de hominibus, et nomine magistri sui, et signo passionis excludunt; cuius rei non difficilis est probatio, nam cum diis suis immolant, si assistat aliquis signatum frontem gerens, sacra nullo modo litant, nec responsa potest consultus reddere Vates: et haec saepe causa praecipua iustitiam persequendi malis rebus fuit: cum enim quidam ministro nostro sacrificantibus Dominis assisterent, imposito frontibus signo, Deos illorum fugaverunt, nec possent in visceribus hostiarum futura depingere; quod, cum intelligeret auspices, instigantibus iisdem daemones, quibus conserant, conquerentes, profanos homines sacris interesse, egerunt Principes suos in furorem, et expugnarent templum Dei, et sequere vero sacrilegio contaminarent, quod gravissimis persecutionum poenis expiaretur. Nec tamen ex hoc caeci homines intelligere possunt, aut hanc esse eorum religionem, cui ad vincendum tanta vis inest, aut illam falsam, quod subsistere, aut congrederi non potest; sed aiunt, hoc Deos non nutu, verum odio facere: quasi quisquam possit odisse nisi eum, qui aut nocet, aut possit nocere. Immo vero congruus maiestati fuit, ut Deos, quos oderant, praesentibus poenis afficerent potius, quam suggerent. Sed quoniam neque accedere ad eos possunt, in quibus caelestem notam viderint, nec iis nocere, quo signum immortale munitur, tanquam inexpugnabilis murus, lacessunt eos per homines, et manibus persequuntur alienis.

His omnibus adicere non parcam historiam, quam in actis s. Silvestri reperio, cuius meminere Venantius Episcopus, Sarius, et cardinalis Baronius, ac novissime Iacobus Bosius: sic enim habet: Tunc Silvester constanter agens, dixit: Audi me clementissime Princeps, tunc hic praesentes adesce universos Pontifices cum Praefecto Calphurnio, ut quod solus pollicetur, hic simul quoque etiam illi promittant. Cumque altera die adessent omnes Pontifices cum Calphurnio, promiserunt in conspectu Augustini, omnes Christo credituros, si Silvester egiasset, ut vel uno mense in toto anno Draco ad interfectionem hominum cessaret. Tunc Silvester abiit ad apostolum Petrum cum duobus presbyteris suis, Eustonio, et Constantio, biduanum viciniam complens: in oratione tunc tertia nocte apostolum Petrum talia sibi monita profertentem: cum his, cum quibus inseparati, et orasti, cum ipsis tantummodo deessent, solo sacramento Christi refecti: descende, ne timeas, neque trepidum sit cor tuum, sed confidens in Deo, accede ad draconem, in quo ha-

bitat salanas, et dic ei: Iesus Christus Dominus, natus ex Spiritu sancto, et Maria Virgine, crucifixus, et sepultus, tertia die resurrexit, ascendit in coelos, sedet nunc ad dexteram Patris, inde venturus est, iudicare vivos, et mortuos; expecta cum fixus in isto loco, usque dum veniat. Et cum haec dixeris, liga os eius de lino canapineo torto triplici, quod tecum portabis; et desuper ceram pones, et signabis annulo ferreo, quod signum crucis habet sculptum; et inde ascendens, venies ad me: aperta confessione mea, invenies panem a me tibi praeparatum; et de ipso, et te, et qui tecum sunt, reficies, et omne venenum abicies, et saluum te christiano principi, simul et populo praesentibus: et paulo inferias dicitur: Sanctus autem Silvester, cum presbyteris suis, sicut admonitus est ab Apostolo, sine formidine descendit, duas lampades incensas antefertentibus ei: circa medium descensum cepit sibilum draconis irascentis audire, cui s. Silvester ait: Apostolus Christi Petrus misit me ad te, et iussit mihi, ut ligem os tuum lino, et signem annulo, crucis signaculum habente. Tunc draco immanissimus squamas faciens more suo, et sibilationes horrendas, quasi trabs centenaria, veniebat in furore nimio, ita ut ignis ex oculis eius, et flamma procederet; et accedens sanctus Silvester ligavit os eius, et signavit annulo, sicut ei praecipuum fuerat.

Atque hinc est, quod a sanctis Patribus Dominicae crucis excellentiam, ac singularem illius virtutem contemplantibus, clarissimis nominibus, et illustrissimis epithetis illa exornatur. A d. Chrysostomo (in hom. de cruce et Latrone) appellatur: Argumentum totius gratulationis spiritualis, totius beatitudinis causa, discordiae amputatio, pacis firmamentum, bonorum omnium copiosa largitio. Salutis indicium, laetitia nostra, sol iustitiae, spes Christianorum, resurrectio mortuorum, caecorum dux, desperatorum via, claudorum baculus, consolatio pauperum, refrigeratio divitum, destructio superbiorum, poena male viventium, triumphus averteris daemones, devictio diaboli, adolescentium paedagogus, sustentatio inopum, spes desperatorum, navigantium gubernatrix, periclitantium portus, obsessorum murus, parens orphanorum, tutrix viduarum, iustorum consolatrix, tribulatum requies, parvulorum custos, virorum caput, senum finis, lumen in tenebris seculentium, regnum magnificentiae, scutum perpetuum, insensatum sapientia, libertas sercorum, imperatorum philosophia, lex impiorum, prophetarum vaticinium, annunciatio apostolorum, martyrum gloria, monachorum abstinentia, virginum castitas, gaudium sacerdotum, Ecclesiae fundamentum, orbis terrae tutela, delulorum destructio, idolorum repulsio, scandalum Iudaeorum, perditio impiorum, invalidorum virtus, agrorum medicina, emundatio leprosum, pauperum requies, esurientium panis, sicutium fons, nudorum protectio, clavis paradisi, crux pretiosa, crux vitalis, divini muneris significatio, signum nobilitatis spiritualis, thesaurus tutus, ac certus, sanctimoniae decumentum, salus fidelium, cornu Ecclesiae, hostium expugnatricis, Christianorum gladius, scutum,

thorax, galea, tutum certumque praesidium et perjugium, corona certaminis, praemium bonorum omnium, thesaurus, et summa bonorum omnium. Ab Andrea Archiepiscopo Cretensi (ho. de exalt. san. crucis) his, quae sequuntur, honorificis nominibus cumulat: O crux, spes Christianorum, servatrix desperatorum, portus eorum, qui tempestate iactantur, medica infirmorum, expultrix vitiorum, datrix sanitatis, vita mortuorum, pietatis praescriptio, blasphemiae obstructio, sceptrum regni, dademna pulchritudinis, virga patientiae, fidei propugnaculum, baculus senectutis, dux caecorum, eruditrix insipientium, magistra infantium, peccati deletio, poenitentiae indicatio, vitae conciliatrix, mortis solutio, interitus alienatio, ignis extinctio, apud Deum fiducia, clavis regni coelorum, crux, custos in nocte, in die turris, in tenebris deductrix, reconciliatrix Dei, et hominum, refugium supplicibus, solatio amicis, patrona, tutatrix, in tentationibus opulatrix, in periculis seratrix, in necessitatibus auxiliatrix, in mari gubernatrix, in aerumnis refrigeratrix, robur imbecillorum, requies laborantium, alimentum esurientium, vires icumantium, alipes athletarum, tegumentum nudorum, comes hospitum, castigatrix delictum, pauperum procuratrix, protectrix viduarum, tutatrix orphanorum, honor magistratum, potentia regum, belli ducum victoria, sacerdotum gloria, monachorum adiutrix, vinculum coniugii, custos civitatum, tutela domorum, pacis distributrix, charitatis administrator, mundi reconciliatio, finium descriptio, coeli altitudo, terrae profunditas, creatae naturae coagmentatio, terrae apparentis longitudo, latitudo orbis terrae, caput, et summa passionis Christi, gloria Christi, Christum adorantium artha, planta immortalitatis, corona apostolica, specula prophetica, martyrum corona, contractus libertatis, regni largitrix, peccatorum solutrix, recte factorum datrix, thesaurus vitae, ornamentum Ecclesiae. A sancto Ioanne Damasceno (lib. 4. cap. 22) crux vocatur: Clypeus, armatura, et trophaeum contra diabolum, incertum exaltatio, stantium fulcimentum, infirmorum baculus, ovium circa, respicientium adiumentum, praesentium profectio, animae, et corporis salus, malorum omnium depulsio, et bonorum omnium causa. A s. Ambrosio (or. de obi.): Vexillum salutis, Christi triumphus, palma vitae aeternae, remedium immortalitatis. A Gregorio Nazianzeno (car. ad Haela): Dulcis sarcina, datrix salutis. A sancto Ignatio (ibi. ep. ad Ph.): Trophaeum contra potentiam diaboli, principium mortis eius, et interitus. Ab Augustino (lib. 2. de visi. Infr. et ep. 7. ad Felicianum): Candelabrum, in quo posita fuit lucerna illuminans orbem, venerabile monumentum omni veneratione dignissimum praesidium amicis. A sancto Ephraem (lib. de vera poenit. c. 3): Pietrix mortis, fideium spes, lux orbis terrae, Paradisi reseratrix, profligatrix haereseum, Monachorum administrum, firmamentum fidei, orthodoxorum gloria perpetua. Ab Athanasio (ser. de cruce): Crux beata, et victorica, triumphatrix mortis, gloria, et honor Christi. A sancto Martiale (ep. 1. cap. 8): Galea custodien caput, lorica protegens pectus. A sancto

cto Nylō (ep. ad Olymp. citat. in 7. Syn. ar. 4): Salutifera crux. per quam genus humanum liberatum est, et per quam desperandis undique salus annunciat. A sancto Paulino (epi. 1. ad Lev.): Monumentum presentis, et pignus aeternae salutis. A Rabano (in opere de s. Cruce fig. 27): Lux sancta, salutis vita, redemptio vera, inclita, et benedicta in aeternum. A Lactantio Firmiano (lib. 4. c. 27): Signum immortale, et murus inexpugnabilis. A sancto Ignatio martyre (in ep. ad Ph.): Trophaeum contra potentiam diaboli. A Iulio Firmico (de myste. prof. rel. c. 21. et 22): Summitas, et altitudo divinae virtutis, ac signum venerabilis legis. A Sophronio: Vitale lignum, scutum magni Regis, Christianorum tutelatrix, et fidelissima custos. A Theodosio imperatore: Venerandum Christianae religionis signum. A Constantino Magno: Salutiferum lignum, fortitudinis documentum. His Patrum nominibus, et epithetis adiciamus et nos alia ipsi cruci non parum consentanea, crux est thronus Salomonis, turris respiciens contra Damascum, immobilis Ecclesiae columna, torcular a solo Christo calcatum, thalamus sponsi sanguinum, iugum suave, onus leve, tremendum tribunal Christi, speculum perfectionis, sigillum regium, schola veritatis, magistra evangelii, exemplar omnium virtutum, flagellum diaboli, infernus daemonum, resurrectionis semens, Ecclesiae murus inexpugnabilis, mendicantium opulentissimus thesaurus, firmamentum fidei, iuventutis institutio, senectutis baculus, libidinis extinctio, ambitionis froenum, laborantium adiutrix, pignus adoptionis filiorum Dei, germen temperantiae, testis tandem fidelissimus charitatis, obedientiae, et patientiae Christi.

Hinc etiam est, quod iidem sancti Patres mirabilem crucis virtutem admirantes pariter, et experientes, ad exercitium signi crucis fideles frequenter hortantur: ioler quos primum refero sanctum Martialem: Crucem Domini, in quem credidistis, Deum verum, et Dei Filium, semper in mente, in ore, in signo tenete. Crux Domini, armatura vestra invicta contra satanam, galea custodiens caput, lorica protegens pectus, clypeus tela maligni repellens, gladius iniquitatem, et angelicas insidias perverae potestatis sibi propinquas nullo modo sinens: haec solo signo celestis victoria data est nobis, et per crucem Domini baptisma Dei sanctificatum est.

Deinde sanctus Cyrillus Hierosolymitanus (catech. 4. Illuminat. Hierosol.) adeo frequens cupit signaculum Crucis inter fideles, ut dicit: Fac autem hoc signum crucis et manducans, et bibens, et sedens, et stans, et loquens, et ambulans, et in summa in omni tuo negotio: et inferius (Catech. 13) subdit: Non pudeat nos crucifixum confiteri, sed in fronte confidenter signaculum crucis digitis imprimatur, et aliis omnibus crux fiat in panibus comedendis, et in poculis bibendis, in egressu, et ingressu, ante somnum, recumbendo, et surgendo, eundo, et quiescendo: magna haec est custodia, quae propter pauperes gratis datur, sine labore propter infirmos; cum a Deo sit haec gratia, signum fidelium, et timor daemonum.

Explicans autem rationem, ob quam hoc sacrosanctum signum sit daemonibus terribile adeo, ac tremendum, eam reddit: Triumphavit enim de illis in hoc signo Iesus, ostenta illud audacter: quando enim viderint crucem, recordantur crucifigi, melant enim eum, qui contrivit capita draconis, neque propterea, quod est gratullum, contentas hoc signaculum, sed ideo magis venerare benefactorem.

Rursus sanctus Ambrosius (serm. 43. tom. 5) in idem haec scripsit: Debenus ergo surgentes gratias Christo agere, et omne diei opus in signo facere Salvatoris. Nonne cum adhuc Gentilis esses, solebas signa perquirere, quae signa quibus rebus essent prospera magna inquisitione colligere? iam nunc nolo errare in numero: seto, quia in uno signo Christi omnium rerum est tuta prosperitas, qui in hoc signo seminare coeperit, vitae fructum consequatur aeternae; qui in hoc signo iter facere aggreditur, ad coelum usque pervenit.

Ad haec magni Patris Augustini insigni pietate plena verba silentio nulla ratione praetermittenda sunt: (lib. enim secund. de symbol.) inquit: Haec fratres considerantes pariter, et qui praestis in Dei timore, eos solidate, retinete quae dicta sunt, facile, quae praecepta sunt, habete semper Christum in mente, signum eius in fronte facile, seto, quia multos adversarios habetis, qui cursum vestrum impetire festinant. Ideo in omni loco, omni hora, crucis signo vos armate, crucis memoria vos munit: hoc enim solum timent, illud solum expavescent, hoc et vobis datum est scutum, ut possitis sagittas maligni ardentis extingueret: nonnullis autem interpositis subiungit: Porro magna res est signum Christi, et crux Christi, sed illi soli prodest, qui facit mandata Christi. Ut ergo vobis prosit, praecepta eius totis viribus adimplere contendite, et sive sedetis, sive ambulatis, sive manducatis, sive bibitis, sive in lectum ascenditis, sive a stratu surgitis, vestrum signum crucis Christi munit frontem vestram, ut vos semper memoria Dei vigilantes protegat, et in sopore custodiat, et quoties in nocte excitati fueritis, et somnus ecolaverit, mox labiis signum crucis occurrat, mens quoque orationibus occupetur.

Tandem d. Hieronymus (ad Eustoc. de Cust. virg. epi. 22. c. 16. tom. 1) paucis multa complexus est in hoc genere argumenti, dum dicit: Ad omnem actum, ad omnem incessum manus pingat Crucem. Atque his testimoniis sanctorum Patrum a me prodictis singulos vos alloquens, iure optimo mihi usurpare possum verba illa d. Hieronymi, qui postquam variis sacrae Scripturae monumentis virgini Dene-triadi perpetuam virginis observantiam persuasisset, finem orationi imponens, ac illam moneus, ut frequenter frontem suam sigillo crucis consignet, ut exterminator Aegypti, hoc est humani generis hostis, nullum in ea aditum inveniat, sic ait: Haec cursum, quasi de prato pulcherrimo sanctorum Scripturarum parvos flores magnas sufficit, pro commotione tua, ut claudas cubiculum pectoris, et crebro signaculo crucis munitis frontem tuam, ne exterminator Aegypti in te locum reperiat.

Ad extremum, ne Haeretici impudenter nobis Catholicis obiciant, usum signaculi sanctae crucis superseditissimum commentum fuisse ignorantium hominum, ut ipsi garrant, ostendere compellor, hunc religiosum usum a primordialis nascentis Ecclesiae originem trahere, et Apostolorum auctoritate constabilitum esse. Legimus enim in Constitutionibus Apostolicis a s. Clemente Romano d. Petri Discipulo conscriptis haec quae sequuntur verba: Orans igitur per se Pontifex, una cum sacerdotibus, induensque vestem splendidam, et stans ad altare, trophaeo crucis se consignans in fronte, dicat: Gratia omnipotentis Dei, et charitas Domini nostri Iesu Christi, et communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis; et omnes una voce respondeant.

Has autem Apostolicas Constitutiones magni momenti, et insignis auctoritatis esse, nullus, nisi protervae mentis, et durae cervicis dubitare potest, si advertat approbatas fuisse a sexta Synodo speciali quodam canone, cuius verba refert Gratianus (dist. 16), necnon etiam a sanctis Patribus, praesertim tamen a d. Athanasio, Eusebio Caesariensi, et sancto Epiphonio, qui in hunc modum loquitur: Caeterum, maioris, et exactioris disciplinae causa addo, et illud, scribens necessario praeter superiores libros, esse alios, non canone quidem probatos, sed veterum auctoritate illis, qui pietatis elementis imbendi essent, propositos; sapientiam nempe Salomonis, sapientiam Syrach, Esther, Judith, et Tobiam. Videtur intelligere Apostolorum constitutiones, quae nomine Clementis nunc habentur, doctrinam etiam Apostolorum nomine nuncupatam, ipsam denique Pastorem.

Accedit ad principale intentum comprobandum insigne lesimonium divi Augustini, doctus, principes Apostolorum, Petrum, et Paulum, eos, qui ad fidem veniebant, signo Crucis consignare consuevisse: Mittit, ait, Petrus, in saeculum reliquum, circumfert Paulus Dominicum in mundo vexillum; et iste piscator hominum, illeque titulat signo Crucis gentes.

Et quibusdam interpositis subdit: Dicitur Ananiae a Domino Iesu Christo: Vade ad eum, et signa eum caractere meo: nulla enim patietur pro nomine meo; et (serm. 92) affirmat, sanctum Stephanum protomartyrem signo crucis obsignatum fuisse in fronte: Dominus, qui ungerat, qui probaverat, qui et characterem non in manu, sed in fronte posuerat, spectabat desuper. Petrus etiam de Natalibus (in Catalog. Sanctor.) tradit, sanctum Petrum usum fuisse signo crucis, quo immanem canem superavit: Tunc, inquit, Simon ad domum Marcelli discipuli Petri canem noximum alligavit, ut Petrum ad discipulum ex more venientem laceraret; post modicum Petrus venit, et facto signo crucis, canem excolit; canis autem omnibus blandiens, solum Simonem persecutus, in ipsum insulit, et, ut sibi Apostolus iusserat, corpus quidem eius non laesi, sed vestes totaliter laceravit.

Et Surius in vita sanctorum Processi, et Martiniani refert, eodem signo crucis divum Petrum usum fuisse, cum Romae in carcere e-

xisteret: quod idem de divo Paulo affirmat Abdias Babylonius, et Haldinus Abbas: necnon de sancto Andrea Apostolo, cuius meminit Vincentius Bellovacensis (in sua specie). Ac tandem idipsum tradit de divo Iacobo idem Abdias Babylonius libit quo; necnon de reliquis Apostolis, ut late refert Bosius (de triumphanti Cruce).

Ad extremum, cum Ecclesia catholica Romana immemorabili ritu fragenter adeo signaculo crucis utatur, non leve argumentum est, ab Apostolica Constitutione ortum habuisse, magno patre Augustino sapienter dicente: Quod enim universa tenet Ecclesia, nec Concilium institutum, sed semper relectum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA XXVII.

Referuntur praecipua crucis vaticinia ex sacra Scriptura, multiplicate Sanctiorum Patrum doctrina elucidantur.

Cum hucusque latissime de variis figuris Dominicam crucem adumbrantibus dissererim, reliquum est, ibi venemone insitutum devotivum, quibus divini vestes illam praenunciaverunt. In quorum numerum primum refero illud Patriarchae Iacob ad Iudam filium suum dicens (Gen. 49): Ad praedam, fili mi, ascendisti, requiescens accubasti ut leo, et quod leaena, quis suscitabit eum? Quibus verbis crucem, et mortem Christi in eam ascendentes, praedixisse, satis perspicue docuit. D. Ambrosius (in cap. 31. Prov. cap. 2) in haec verba: Ex germine, fili mi, ascendisti, recubens dormivisti, ut leo. Ascendisti utique in crucem, dormivisti utique in morte: ascendisti, ecce crux: dormivisti, ecce mors; quid est enim ascendisti, nisi quod scriptum est; et crucifixerunt eum? Unde et ipse ait: Sicut exaltavit Moyses serpentem in eremo, sic exaltari oportet filium hominis, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Quil est: Recubens, nisi quod scriptum: Et inclinato capite tradidit spiritum? Cum ergo dixisset ibi, Ascendisti, recubens, illico scutus est, dormivisti, ut leo: dormivisti, inquit, ut leo, non fugisti, ut vulpes. Quid est autem, dormivisti ut leo, quia potestate mortuus est, non necessitate? Dixit enim: Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Ubi autem dictum est: Dormivisti, ut leo: subiungitur: Quis suscitabit eum? dixit vero quis, non quia nullus, sed quia nemo hominum; solus nisi Deus, qui eum suscitavit.

Exlat et aliud singulare vaticinium Esdrae dicens: Manus meae tegent te: perinde enim fuit, ac si dixeret: Manus meae in Cruce confixae, quasi expanse aiae gallinae protegent te a morte aeterna, ut observavit Bosius, cui

expositioni opitulatur verba eiusdem Prophetæ, dum ait: Laudandus est Dominus, qui manus suas extendit, salutemque Hierosolymis expectantibus nobis dedit: quæ verba, licet non inveniatur in vulgata, nec translatione Septuaginta Interpretum, absque alia fâmen hæsitatione illa tradit divus Chrysostomus, verosimilique salis est, expuncta fuisse ab Hebræis: quæ, ut advertit. D. Iustinus martyr, integros prorsus locos ex translatione eorum, qui cum Plolomæo fuerit, sustulerunt; in quibus clarè hunc ipsum crucifixum, Deum, et hominem esse, eumque in Cruce pendere, et mori pronuntiatum esse ostenditur.

Iob insigne illud aliud Dominicæ crucis vaticinium prodidit, cum dixit (c. 6): Utinam appendicerentur peccata mea, quibus iram merui, et calamitas, quomodo patior, in statera, quasi arena maris hæc gravior appareret: quæ verba in hunc modum commentatur celebris ille Abbas Rupertus (de oper. Spiritus sancti lib. 1. c. 8. de sapie.): Quomodo calamitas humani generis peccatis eius gravior appareret, nisi, ut plures ferent damnati, quam rei, plures puniti, quam auctores, eum hæc peccata? hoc ergo mira, et laudabili arte Spiritus sanctus sapientiæ agitat, in eo, quod Christus ad mortem tradebatur, qui peccatum non fecerat: ibi erat crux, statera Patris, habens disposita hinc in lance iudicii, peccata mundi, inde in lancee misericordie, calamitatem generis humani: vicil pondere calamitas in lancee misericordie, lanceam quoque sustollens iudicii, peccata decussit in profundum maris. Cur hoc? videlicet, quia plures erant damnati, quam rei, plures inquam puniti, quam qui merebantur puniri. Unus abundabat in numero damnatorum, unus supererat Christus, damnatus, non reus; punitus, et causam non habens cur puniretur. Huius dolentis passio totius generis humani doloribus inest inest superaddita præponderavit, quasi massa arenaria, graviorque fuit calamitas mundi, quam eiusdem peccata. Ac proinde misericorditer quidem nostra, id est damnatorum, suscepta est culpa, sed iuste mutata, qua fueramus damnati, sententia: hæc tamen Rupertus Abbas.

Aliud etiam crucis vaticinium protulit Iob (c. 40) dicens: In oculis eius, quasi hamo capiet eum, et in sudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris Leviathan hamo, et fune ligabis linguam eius? Super quem locum divus Albanus inquit: Hamo crucis, ut draco adnecatus a Domino est, et capistro ligatus, ut in mentum, et quasi mancipium fugitivum vinctus circum, et armilla labia perforatus, nullum omnino fideliem decorare permittitur. Ueberius tamen venerabilis Beda sic explicat eundem locum: Verba hæc Patris de Filio sunt. Pater inquit de Filio, quod diabolus esset ab eo capientis. In oculis, ait, id est, in ipso intelligentiæ lumine, ubi est eius sapientiæ naturæ rationalis, ibi, inquam, divina sapientiæ captus est, dum per calliditatem suam, atque versutiam non videt, cuius cornem mors apprehenderit decorandum. Secundum igitur hunc modum captus est diabolus: et sudibus nares eius perforantur, id est furentem sacritiam, atque in sanctorum interitu mire aestibus anhælantem, Christus Do-

minus conerit, et perturbat. Sanctos vero propter lignum crucis non absurde hic eades intelligendos volo; sic utique humilitat, et confringit Dominus inimicum, dum eum per eosdem sanctos ligno crucis suæ retundit.

Ad hæc sanctus Hilarius verba illa Davidis, Et erit, tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, et cruce ligno intelligenda putat: unde super Psalmum primum dixit: Ille enim plantatum hoc lignum est, quod latronem illum, se Dominum consentem, Dominus, qui sapientiæ est, introduxit dicens; Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Huius quoque beati ligni non delinatus in se docere virtutem, cum pergens ad crucem ait: quia si in arido ligno hoc faciunt, in viridi quid fiet?

Sed clarus est illud eiusdem Davidis vaticinium: Foderunt manus meas, et pedes meos, ut docuerunt s. Augustinus (de Civit. Dei lib. 17. c. 17), s. Hieronymus (in Psal. 21), s. Athanasius (de Incarn. Verbi), s. Isidorus (de pas. Dom. c. 26), Theodoretus (in Psal. 21), Laclan. Firmia. (lib. 4. c. 18), Rufinus (in Psal. 21), Beda (ibid.), s. Iustinus martyr (in dial. cum Trip.), cuius solius verba producam: Quando crucifixerunt, clavibus infixis manus, pedesque eius foderunt, et qui iam crucifixerant eum, diviserunt vestes eius inter se, aliam ludentes, ut iuncta sortis iactum quisque, quod eligere volebat, sumeret. Psalmum istum non in Christum conceptum esse ait, caecientes prorsus, neque intelligentes, neminem in gente vestra, qui unquam reæ, Christus, sive unctus sit dicitus, manus, et pedes, cum vinceret, perforessum, neque per mysterium hoc, mortuum, hoc est in cruce suspensum esse, extra hunc lesum.

Sanctus Basilius (in Psal. 22), verba illa eiusdem Davidis: Virga tua, et baculus tuus ipsa me consolata sunt, crucem Domini vaticinari affirmavit, dicens: Virga etenim infirmitatem meam corroborat. At hoc in eam ream me dirigit: verum hæc proel ab scopo aberraverit quis, si salutiferam crucem huiusce nominibus insigniverit: huius quoque signaco, et commemoratione, ab hostibus liberali, in rectum tramitem revocatur.

Ille etiam (Psal. 43): Tota die verēcundia mea contra me est, et confusio faciei meae cooperuit me, s. Ambrosius (sup. Psal. 43), crucem descripsisse autumnat, dicens: Quæ autem confusio Christi, nisi crux, quod sudus pendit in eo: et bene tota die, quia ex quo officus est cruci, usque ad horam nonam, tenebræ factæ sunt, et post horam nonam lux refulsit usque in vesperam. Hic dies ex tribus primus. Sive ergo velis confusionem Christi intelligere crucem eius, quæ Iudæis videbatur esse confusio, qui insultabant ei, quasi erubesceret Christus in eo opere, quo publican operabatur salutem.

S. Basilius idem affirmat de loco Psalmi quadragesimi: Myrrha, et gutta, et castia a vestimentis tuis, a domibus ubi natus, ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo. Sed clarus s. Theodoretus in eadem verba: Myrrha, et gutta, et castia a vestimentis tuis, a domibus ubi natus, ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo.

Singularissime tamen Rufinus locum illum, Exaltare super coelos Deus, et in omni terra gloria tua, Dominicæ crucis vaticinium esse, ingeniose interpretatur: Vidit, inquit, Propheta in spiritu Dominum, humilitatum, flagellatum, spinis coronatum, ligno suspensum, Iudæos saevientes, illum vero tolerantem, illos exultantes, illum quasi victum: et post tantam humilitationem, cognovit eum resurrecturum, et omnia illa, quæ fecerunt Iudæi saevientes, facta esse inania. Elatus gaudio, tanquam videret fieri, exclamavit, et dixit: Exaltare super coelos Deus. Homo in cruce, Deus super coelos. Remaneant in terra saevientes, tu in coelo esto iudeicus, et in omni terra gloria tua. Domino enim residente in coelo ad dexteram Patris, ubique terrarum prædicata est gloria resurrectionis eius, et divinitatis: exaltatum in coelo Dominum non videmus, sed credimus; in omni autem terra gloriam eius non tantum credimus, sed etiam videmus.

Sanctus Augustinus (super Psal. 59) Davidem, opinatur, per arcum, lignum crucis prædixisse, quod et asseruit sanctus Basilius: Moyses quidem postes Israelitarum sanguine oculo signavit, tu vero dediisti nobis significationem ipsum immaculati Agni sanguinem, qui mactatum est pro peccato mundi: et Ezechiel in frontibus scrierunt signum datum esse dicit; Et, inquit, a tergo ipsis, et percute: ne parite, neque miseremini: senentem, et iuvenem, infantem, et virginem, et feminas occidite ad interfectionem; ad omnes vero, in quibus signum est, ne accedatis.

Item sanctus Augustinus (in Psal. 62) existimat, Davidem in persona Christi dixisse: In nomine tuo levabo manus meas: quia expansurus erat illas in cruce: Levavit pro nobis Dominus Deus noster manus in cruce. Ideo extentes sunt manus eius in cruce, ut manus nostras extendantur in bona opera, quia crux ipsius misericordiam nobis præbuit: ecce levavit ille manus, et obtulit pro nobis sacrificium Dei seipsum, et per illud sacrificium deleta sunt omnia peccata nostra; levemus et nos manus nostras ad Deum in prece, et non confundentur manus nostræ levatæ ad Deum, si exercerentur in bonis operibus.

Tertullianus etiam putat, eundem vaticinium fuisse Dominicam crucem in verbis illis, Terra dedit fructum suum. Fundatur fortasse in eo, quod originale Hebraicum, iuxta interpretationem d. Hieronymi legit: Terra dedit germen suum: verba Tertulliani hæc sunt: Alibi Propheta ligni crucis fructum prædicat, dicens: terra dedit benedictiones suas, utique illa terra virgo, nondum pluvius rigata, nec imbribus foecundata, ex qua homo tunc primum plasmatus est: lignum, inquit, altitit fructum suum; non illud lignum in paradiso, quod mortem dedit protoplastis, sed lignum passionis Christi, unde vita pendens a nobis credita non est.

Sanctus Hieronymus (in Ps. 85) similiter explicat verba illa eiusdem Davidis: Fac mecum signum in bonum, ut videant, qui oderunt me, et confundantur; quasi diceret: Muniat crucis tue signum, quod videntes potestates adversæ, fugiant confusæ, et decedant a me: hæc enim

pro nostro populo Propheta rogat; sed et nos precamur, Domine, ut crucis tue signo tutati, alique eius presidio custoditi, mereamur ab omnibus diaboli insidiis liberari.

Merito deinde divus Augustinus locum illum eiusdem regii Vatis: Clamavi ad te Domine, tanta die expandi ad te manus meas, et Christo in cruce exposuit, pariterque respondet ad difficultatem, quam ingerant verba illa, Tota die, cum Christus Dominus non habuerit expansas manus in cruce per totum diem: Clamavit, inquit, ad te Domine: hoc enim apertissime fecit, cum penderet in ligno; sed quod sequitur, tota die expandi ad te manus meas, quomodo oportet accipi, merito quaeritur: si enim in eo, quod ait: expandi manus meas, crucis patibulum intellexerimus, quomodo intellecturi sumus tota die? Nonquid tota die pendit in ligno, cum et nox ad totum diem pertinet? Si autem hoc loco diem voluit intelligi, qui præter nonam diem despicit, talis talis diei, quando crucifixus est iam pars prima, et non parca transierit. Si autem diem pro tempore positum velimus accipere, maxime quia hoc nomen genere feminino posuit, quod in latino eloquio non nisi tempus significare solet, quævis in greco non ita sit, semper quippe in ea lingua dies feminino genere dicitur, et ideo nostros sic interpretari puto; quæritur quæstio colligatur. Quomodo enim toto tempore, si nec saltem uno toto die manus extendit in cruce? Porro si totum pro parte accipiendum esse dicamus, quia isto genere locutionis iam sancta Scriptura consuevit, non mihi occurrit exemplum, totum pro parte etiam tunc posse accipi, quando ipsum verbum additur, et dicitur totum. Nam et in eo, quod dicit Dominus in evangelio: Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, et tribus noctibus; ideo totum pro parte non insolenter accipitur, quia non ait, totis tribus diebus, et totis tribus noctibus. Unus quippe medius fuit totus dies, duorum autem partes primi ultima, ultimi prima; si autem non crucem suam in hac prophetia Psalmi significaret his verbis, sed orationem, quam eum ex forma servi fudisse Deo Patri, evangelio tunc didicimus, ubi eum, et longe ante passionem, et sub die passionis, et in ipsa cruce orasse meminimus, nusquam hoc eum tota die fecisse legimus. Proinde convenienter per extensas manus tota die continuationem bonorum operum intelligere possumus, a quorum nunquam intentione cessavit.

Divus Hieronymus exponens verba illa eiusdem Prophetæ: Exaltabitur, sicut unicornis cornu meum, de fortissimo crucis cornu illa intelligit, dicens: Tria immolabantur Domino in templo; immolabatur taurus, immolabatur ories, immolabatur hircus; tria immolabantur, et unicornis cornu sunt: nisi enim aliquis habuerit cornu, in quo: immoens ventile, non est dignus immolari Deo. Propterea et Dominus cornu dicitur, qui credunt in eum; et in cornibus crucis suæ venientiam inimicos: ibi conculcat diabolum, et omnem eius exercitum. Christus quidem crucifixus erat in corpore, sed vere crucifigebat ibi demones: non fuit crux, sed triumphus fuit, sed exultum fuit: propte-

rea conscendit crucem, ut nos de terra in altum tolleret: alii habebunt plura cornua, ego unum solum cornu habeo. Mihi autem obit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

Sed iam produco insigne illud valcinium eiusdem Davidis, cum cecinit: *Dicite in nationibus, quia Dominus regnavit a ligno*: sic enim debet legi, quamvis verbum illud a ligno non invenitur in Hebraeo, Graeco, aut Latino codice, quia praefer antiquissimum Tertullianum id asserentem, cum dixit: *Age nunc, si legisti penes Prophetam in Psalmis: Dominus regnavit a ligno, expecto, quid intelligas, ne forte lignarium aliquem regem significari putatis, et non Christum, qui exinde a passione ligni, superata morte, regnavit. Disertis verbis id docuerunt sanctus Cyprianus, Cassiodorus, et d. Augustinus, qui super eundem locum inquit: Quis est, qui ligno pugnat? Christus de cruce sua vincit reges, et subiugatis eis, ipsam crucem in fronte facit, et gloriantur de illa, quia ibi est salus eorum.*

Confirmat hoc idem insigne testimonium sancti Iustini martyris, dicens: *Ex Psalmo novagesimo quinto, quem David cecinit, perpona haec abstulerunt a ligno: cum enim ad verbum ita fuisset dictum: Dicite in gentibus, Dominus regnavit a ligno; reliquerunt: Dicite in gentibus, Dominus regnavit. In Gentibus autem, de nullo unquam, tanquam de Deo, et hominum dictum est: ex generis vestri hominibus, quod regnavit, praeterquam de solo hoc crucifixo, quem etiam a mortuis resurgentem, salvatum esse, in eodem Psalmo Spiritus sanctus dicit, non esse cum similes Gentium Deis ostendens: illa enim esse simulacra daemoniorum.*

Ex quibus omnibus colligo, valde deceptum fuisse Lyranum (in exposit. hui. loc.), dum verbum illud a ligno existimavit, nullum aliud habere fundamentum, quam auctoritatem Theodoretii, vel Symmachi; maxime quod ipse non ignorabat, ut ipse fatetur, Ecclesiam canere:

Impleta sunt, quae concipit  
David fidei carmine  
Dicens: in nationibus  
Regnavit a ligno Deus.

Euthymius, et Theodoretus valcinium crucis contineri arbitrantur in verbis eiusdem Psalmi? *Tunc exultabant omnia ligna sylvarum a facie Domini, quia venit*: existimant enim, Davidem usum fuisse hoc loco figura prosopoeia, inducens res inanimatas ad celebrandam futuram Christi exaltationem in lignea cruce, eo quod ex eis sumendum esset salutare crucis lignum, ut verbis Euthymii utar. Sed ea, quae in idem protulit Theodoretus, accipe: *Tunc laudabant omnia ligna nemoris: illa polissimum Deo offerent hymnum; quandoquidem ex ipsis salutare lignum fuit, in quo Salvatoris corpus suffragium fuit, per quod hominibus germinarunt bona. Sciendum est igitur, ut verissime est, valciniationis sermonem prosopoeia usum esse,*

quandoquidem et coelum, et terra, et mare, et ager, et lignum ratione, et anima carent; sed ii, qui in hisce locis sunt, Deo offerunt laudes. Insulares enim mare inculant, terram vero ii, qui in continentis sunt: coelum autem angeli: qui vero vident nemora ab Idolorum cultu libera, Deo gratias agunt; eodem modo Vates florum Israel ex Aegypto iter docens, rursus eadem figura usus est: *Mare vidit, et fugit, Jordanis conversus est retrorsum. Montes exultaverunt ut aristes, et colles sicut agni ortum, et interrogationem affert, et responsonem recepit, futurarum rerum laetitia per haec ostendens.*

Sanctus Hilarius (sup. Psal. 143) acute satis ad hoc crucis mysterium refert verba illa eiusdem Prophetae: *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad praerium, et digitos meos ad bellum. Si, ob id, inquit, gratulationi interfecti Goliathae deputatur hic Psalmus, quia dictum est: qui docet manus meas in bellum, accipiant exemplum hoc personae potius Domini concenite: nam in septimo decimo Psalmo, qui lotus ex persona Domini consistit, idipsum dictum ita meminimus: Qui docet manus meas in praerium, et posuit, ut arcum aereum, brachia mea. Manus igitur eius edoctae ad bellum sunt, cum vincit saeculum: Ego enim, ait, vici mundum, cum extensis in crucem invictissimis armis ipsis passionis, instruitur. Et posuit, inquit, ut arcum aereum brachia mea; cum de omnibus virtutibus, ac potentibus in ipso se trophaeo gloriosae crucis triumphat; et principatus, et potestates tradidit cum fiducia triumphans in semetipso; cum dissidentia inter se ecclesia, et terrena pacifici, et in ipso, inquit, reconciliari omnia in eum, pacificans per sanguinem crucis suae, sive quae in terra sunt, sive quae in caelis. Ad hoc igitur bellum manus eius edoctae sunt, in quo arcus aerei certamine vincitur, dehonestatione potentes triumphantur, pace reconciliantur inimici, sed post manuum bellum succedit et digitorum praerium, omnis enim in eo habitus, et pugna passionis ostenditur: manus enim extenduntur, et digiti configuntur in Psalmis; vetus scilicet chirographum, secundum Apostolum, delens, et affigens illud cruci; etiam eas partes manuum commemorat in praerio, cum quibus omnia veterum criminum peccata confixa sunt.*

Ad haec gravissimi Patres praedictam fuisse Dominicam crucem in verbis illis Cantico- rum (2): *Veni columba mea in foraminibus petrae, in caverna maceriae, aperte docuerunt: nam praeter Rupertum diffuse id pertractantem, id tradidit divus Gregorius dicens: Per foramina petrae, vulnera manuum pedum Christi in cruce pendentis libenter intellexerim; cavernam vero maceriae, vulnus lateris, quod lancea factum est, eodem sensu dixerim: et bene columba in foraminibus petrae, et in caverna maceriae esse dicitur, quia dum in crucis recordatione patientiam Christi imitatur, dum ipsa vulnera propter exemplum ad memoriam reduci, quasi columba in foraminibus, sic simplex anima in vulneribus nutrimentum, quo convalescat, invenit.*

Similia lego apud Bedam (in Cantica), ubi ait: *Si iuxta expositionem Apostoli, petra erat Christus; quae sunt foramina petrae nisi vulnera, quae pro nostra salute suscepti Christus? in quibus profecto foraminibus columba residet, ac nidificat, vel, cum anima quaeque mitis, vel Ecclesia omnis in passione Dominica spem suae salutis unicum ponit, cum in sacramento mortis eius, et se se ab insidiis hostis antiqui, quasi a raptu accipitris tutari confidit, et in eodem ei sobolem spirituales, sive florum, sive virtutum procreare salagit.*

Idem insuper venerabilis Beda, manus Christi in cruce confixas opinatur praedici ab Sposa in verbis illis, *Manus eius tornatiles, aureae, plene hyacinthis*: unde ait: *Est enim hyacinthus pigmentum coloris purpurei, atque odoris iucundi; et manus Domini purpureis erant floribus plenas, quia moriturus pro nostra vita, has in clavorum fixatione cruoris proprii rubore perfudit.*

Omissa autem duplici deceptae gentilitatis hyacinthi fabella, quae meminit Ovidius (Metam. lib. 10), necnon et Plinius (natur. hist. lib. 21. cap. 11) dicens: *Hyacinthus comitatur fabula duplex, luctum praefrens eius, quem Apollo dilexerat, aut ex Aiacis cruore editi, ritu discurrantibus venis, aut Graecarum litterarum figura A legatur inscripta.*

Illud observatione indignum non est, quod hyacinthus colore purpureo viget, nigris quibusdam lineis interpositis, quae Alpha, et Iota formant, vulgare nostro sermone praerimunt interiectionem illam lacrymosam Al: unde, cum hyacinthus floreat tempore illo, quo Christus Dominus fuit crucifixus, et quo Ecclesia catholica lacrymandam eius mortem dolet, ut ex Ovidio (metam. lib. 10) colligit Bosius (de triumph. Cruc. lib. 4. cap. 6), ipsa etiam muto illo gemitu Al, de eadem dolet et ingemiscit: ad hunc enim modum doluisse, et ingemuisse solem, et saxa de Christi morte sacri Evangelistae tradidere.

Sanctus Gregorius, venerabilis Beda (in Cant. lib. 6. cap. 8), Rupertus Abbas (in Cant. libr. 7. cap. 6), et Nicolaus de Lyra de Dominica cruce intelligunt verba illa eiusdem libri Cantico- rum: *Sub arbore malo suscitasti te, ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Solius tamen magni Patris Gregorii, qui instar mille est, in medium proferam: Quid, inquit, per arborem malum, nisi sancta crux designatur: quae malum illud sustinuit, de quo eadem sponsa in superioribus dicit: sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sed sponsam suam Christus sub arbore malo suscitavit, quia in cruce positus, subditam sibi Ecclesiam ad vitam vocavit, ut a sonno mortis exurgeret, et cum illo se crucifigeret, ad novam resurrectionem properaret. Unde et Apostolus crucis animae mortuae dicit: surge, quae dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus; et quibusdam, qui iam resurrexerant, alibi dicit: Si conurrexeris cum Christo, quae sursum sunt, quaerite; sed quia infidelitas Synagoga Christum crucifixam, ideo sequitur: Ibi corrupta est mater tua; Sub arbore malo mater Ecclesia corrupta esse dicitur, quia quando*

Salvatorem suum in ligno facit, nefando scelere se corrupti; cuius selectis magnitudinem inculcat, cum ibidem reperit dicens: *Ibi violata est genitrix tua.*

S. Ambrosius in illis verbis Sapientis: *Benedictum est lignum, per quod fit iustitia; per manus autem, quod fit idolum, maledictum est et ipsum et qui fecit illud, sermonem esse de ligno crucis in haec verba tradidit: Iustitiae adscribit Scriptura divina veniam peccatorum, secundum illud, quod hodie lectum est: *Benedictum lignum, per quod fit iustitia, maledictum autem, quod fit per manus hominum. Superius ad crucem Domini retulit, posterius ad errorem Gentium, qui ligna venerantur; iustitia autem, quae est crucis; nisi, quod ascendens illud patibulum Dominus Iesus Christus, peccatorum nostrorum chirographum crucifixi, et totius orbis peccatum suo cruore mundavit?**

S. Iustinus martyr (apolog. 2. ad Antonin. Pium), s. Isidorus (de pas. Dom. cap. 54. et 35), et Tertullianus (adver. Marc. lib. 8. cap. 19), expresse docent, Isaiaem de Dominica cruce fuisse locutum, cum dixit: *Factus est principatus super humerum eius. Subscribit d. Hieronymus (in Isai. lib. 3. cap. 9) dicens: Licet in eo, quod supra dixerat, Emmanuel, id est nobiscum Deus, Deum esse monstraverit; tamen nunc dicit, factum illius principatum super humerum eius, vel, quod crucem suam ipse portavit. Vel per humerum, ostendens brachi fortitudinem; eodem Isaia dicens: *Revelavit Dominus Deus brachium suum omnibus gentibus.**

Rursus eiusdem prophetae Isaiae (cap. 9) celeberrimum illum locum, *In illa die erit altare Domini in medio Aegypti, et titulus Domini iuxta terminum eius: et erit in signum, et in testimonium, quamvis Iosephus Flavius illum explicaverit de Honia sacerdote; Ecclesiae tamen Patres de Cruce Domini intelligendum putant; praesertim magnus pater d. Hieronymus, dum inquit: *Erit altare Domini in medio terrae Aegypti; quod Honias, secundum Iosephum male intelligens, implere conatus est: et titulus Domini continens passionem, in quo scriptum est hebraice litteris, graecis, et latinis: Iesus Nazarenus rex Iudaeorum; in signum crucis, et in testimonium universarum Gentium, quae nunc Aegyptus appellantur. Cumque persecutio creverit a facie tribulationum nominis Christiani, tunc clamabant cordibus suis: *Abba Pater. Et mittit Dominus exercituum Salvatorem, id est Iesum, iudicem, vel propugnatorem, qui liberet eos, ut liberati cognoscat Dominum, et ipsi cognoscant a Domino, et ubi abundavit peccatum, superabundet gratia.***

Et Nicolaus de Lyra secutus est divum Hieronymum (in exposition. hui. loc.), dum ait: *Hoc potest referri ad Christum, ita quod iste titulus sit: Iesus Nazarenus, rex Iudaeorum, qui in termino vitae passibilis Christi fuit positus super crucem; signum autem crucis ponitur in altaribus, et locis Christi nominis dicitis.*

Sanctus Augustinus (ser. 210. de temp.), et sanctus Hieronymus (in Isai. c. 29), perspicuum, ac salis manifestum crucis Dominicae valcinium, iudicant illum eiusdem Isaiae lo-

cum : Dabo claves domus David super humerum eius, et aperiet, et non erit, qui claudat, et claudat, et non erit, qui aperiat. S. Augustinus sic loquitur : Coelum clausum erat, quia nondum clavis crucis antecesserat : iam tempus erat, ut in mysterio crucis, omnia, quae in veteri testamento velabantur, revelarentur. Sanctus vero Hieronymus loquens de cruce ait : Haec ipsa clavis erit super humerum eius, hoc est, in passione, iuxta illud, quod in alio loco scribitur : Cuius principatus super humerum eius : quod enim ille in sua passione reseravit, claudi non poterit, et quod clausum in caeremoniis Iudaeorum, a nullo alio aperietur.

Satis praeterea decantatum est a sanctis Patribus vaticinium illud Hieremiae : Mittamus lignum in panem eius, et evadamus eum de terra viventium, et nomen eius non memoretur amplius : intelligendum enim esse de cruce indubitanter asseruerunt sanctus Cyprianus (ad. Iud. lib. 2. cap. 20), s. Hieronymus (sup. cap. 11. Hierem.), s. Gregorius (lib. 3. moral. cap. 11. et lib. 12. c. 4), s. Isidorus (de pas. Dom. cap. 35), Theodoretus (in Hierem. cap. 11), Origenes (in Hierem. hom. 8), Lactantius Firmianus (lib. 4. cap. 18), Tertullianus (ad. Iud. cap. 10. et con. Mar. libr. 3. cap. 19), et Ambrosius (in titul. Peal. 35), cuius verba, brevitate causa, solum referam : Bene panem dicitur pro carne eius : ite alimentum detulit, isti pro beneficio retulere supplicium ; non mirum ergo, si esuriant, qui sibi vitae aeternae alimoniam denegarunt. Pulchre etiam duo ista iuncturunt : iniciamus lignum in panem eius. Nesciant, quid loquerentur Iudaei, et mysterium loquebantur ; paradum nobis cruce reddidit Christi. Hoc est lignum, quod Adae Dominus demonstravit dicens : De ligno vitae, quod est in medio paradisi edendum ; de ligno autem scientiae boni, et mali non edendum. Eravit Adam ; mandata non tenuit, interdictum gustavit. Per lignum cepimus esurire, quia suum caro accepit alimentum. Ideo Dominus in Christo carnem iunxit, et lignum, ut fames antiqua cessaret, vitae gratia redderetur. Beatum lignum Domini, quod omnium peccata crucifixit ; beata caro Domini, quae victum omnibus ministravit.

Apud Ezechielem, iuxta divi Hieronymi, et Theodori sententiam, aliud omni acceptione dignum crucis vaticinium legitur : Haec dicit Dominus Deus : Et sumam ego de medulla cedri sublimis, et ponam de vertice ramorum eius, tenerum destingam, et plantabo super montem excelsum, et eripientem. In monte sublimi Israel plantabo illud, et erumpet in germen, et faciet fructum, et erit in cedrum magnam ; et habitabunt sub ea omnes volucres, et universum volatilis sub umbra frondium eius nidificabit.

Septuaginta autem Interpretes eundem locum in hunc modum verterunt : Haec dicit Adonai Dominus : Et auferam ego de electis cedri, de vertice, et dabo de capite ramorum eius : de corde coram auferam, et plantabo super montem excelsum, et suspendam illud in monte sublimi Israel : et plantabo, et offeret germen, et faciet fructum, et erit in cedrum magnam, et requiescet sub ea omnis avis, et omne volatilis sub umbra eius requiescet.

Sanctus igitur Hieronymus (in Ezech. c. 17) sic verba haec interpretatur : Dominus Deus, Pater Omnipotens, qui locutus est ad Ezechielem, tollit de stirpe regia, et de genere David, et plantat super montem excelsum, et eminentem, qui loquitur in Psalmis : ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Desceat enim princeps de Iuda, et dux de Israel, donec veniret cui repositum est : et ipse erat expectatio Gentium : iste erupit in germen, et fecit fructum, et cedrus omnes sua sublimitate superavit, ita ut habitent sub ea omnes volucres coeli, et cuncta volatilia illius protegantur umbraculo : de quo dicit Habacuc ; Cornua in manibus eius : ibi abscondita est fortitudo eius, et quae congregare desiderat, quasi gallina pullos suos sub alas suas, ut omnia regionis ligna cognoscant, quod ipse sit Dominus.

Eiusdem deinde prophetae Ezechielis singulare aliud crucis vaticinium a Ruperto Abbate singulariter observatum, silentio non praeteribo : Altaris lignei trium cubitorum altitudo, et longitudo eius duorum cubitorum, et anguli eius, et longitudo eius, et parietes eius lignei, et locutus est ad me : Haec est mensa coram Domino.

Septuaginta vero Interpretes in hunc modum transtulere : Visio, quasi species altaris lignei : trium cubitorum altitudo eius, et longitudo cubitorum duorum, et cornua habebat ; et basis eius, et parietes eius lignei, et dixit ad me : haec est mensa, quae ante faciem Domini. Hunc locum elucidans Rupertus Abbas (in Ezech. I. 2. cap. 27) praecleara haec pietate plena mysticis : Altare ligneum, mysterium crucis, mysterium, et sacramentum passionis Christi est. Cum venisset hora eius, ut transiret ex hoc mundo ad Patrem, in ipso transitu respiciens ad dorsum, idest ad nos, qui credituri eramus : post eundem ipsum transitum, mensus est altare ligneum, idest iam dictum crucis, vel passionis suae sacramentum, substantiam panis, et vini accipiens in manibus suis, dicensque post benedictionem : Hoc est corpus meum ; hic est sanguis meus. Altaris huius altitudo trium cubitorum, longitudo duorum cubitorum est ; altitudo trium cubitorum fides est sanctae Trinitatis, sine qua nusquam est altare Dei ; longitudo duorum cubitorum, extensio genivae dilectionis Dei, et proximi, sine qua nihil dignum Deo potest offerri ; quia plurimum indiget quisquis ad hoc altare hostiam vicam sacrificaturus accedit : anguli eius, longitudo eius, et parietes eius, lignei : totum quippe altaris Christi sacramentum de ligno constat viciae crucis, quia totius sacrificii summa est passio eius : qui pro omni mundo semetipsum super lignum crucis sacrificavit ; et haec est, inquit, mensa coram Domino, subauditur sola, et unica. Nam Iudaei mensa sacrificii iam non est coram Domino : ne offeratis, inquit, ultra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi : item ; nunquid manducabo carnes taurorum ? aut sanguinem hircorum potabo ? subauditur : non ; sed quid ? Inmolata Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua.

Habacuc item verba : Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius, graviss-

simi Patres censerunt, Dominicae crucis vaticinium praeserere : hi sunt sanctus Augustinus (de Civit. Dei lib. 110. cap. 32), sanctus Hieronymus (epist. 103), sanctus Isidorus (de Pas. Dom. cap. 35), Rupertus (in Habac. c. 3), necnon Iulius Firmicus (cap. 22. de mysteriis profanarum Religionum), ubi scribens Constantino, et Constantio Augusto Magni Constantini imperatoris filii, ad pium, et religiosum Dominicae crucis cultum eos exhortans, sapienter dixit : Cornua nihil aliud, nisi venerandum crucis signum monstrant : huius signi uno extento a directo cornu, mundus sustentatur, et terra constringitur, et e duorum, quae per latas vadunt, compagine, Oriens tangitur, Occidens sublevarit, ut sic totus orbis tripartita stabilitate firmatus, confrae operis immortalitatis, radicis fundamenta teneatur. Hoc secretum nobis venerandum Prophetae oraculum tradidit : invenimus enim in Habacuch ita esse praescriptum : Texit coelos virtus eius, et laude eius plena est terra, et splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius. En veneranda crucis cornua. En sanctae virtutis immortalae fastigium. En gloriosi operis divina compago.

His omnibus adiungo Aggaei prophetae vaticinium dicentis : Cum intraretis ad torcular, et exprimeretis quinquaginta lagenas, et fiant viginti. Super quem locum erudite satis, et ingeniose, ut assolet, haec Rupertus scripsit : Crux, et mors eius, torcular extitit : unde et propheta alius prospiciens eum, ait : Quare ergo rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari ? et ipse respondens, Torcular, inquit, calcavi solus. Hoc torcular quinquaginta lagenas, idest peccatorum remissionem facit : numerus namque iste, scilicet quinquagenarius, remissionem significat secundum legem, quae anno quinquagesimo remissionem sacerat. Unde annus Iubilaus, idest dimittens, dicitur. Sed vos, o Iudaei, cum intraretis ad torcular lagenarum quinquaginta, factae sunt vobis lagenae viginti, qui numerus longe est a numero quinquagesimo numero remissionis : plusquam dimidium vobis deficit : nam totius, quod erat reponendum, tres vobis partes desunt, et tantummodo duae susceptae sunt. Quae nam sunt duae partes, quas suscepistis ? videbatis natum ex Maria, passumque, vel mortuum, quamvis perverso corde, non ignoratis. Quae sunt tres partes, quas omisit ? nimirum resurrexisse, in coelum ascendisse, atque ad iudicandum vivos, et mortuos venturum esse non creditis.

Tandem, ne in longius sermonem protraham ; omissis aliis vaticiniis, illud solum Malachiae apponam : Si affiget homo Deum, quia vos configitis me ? et dixistis : In quo configimus te ? in decimis, et primitiis, et in penuria vos maledicti estis ; et me vos configitis gens tota. Super quae verba sanctus Isidorus (de Pas. Dom. cap. 36) ait : Ita enim idem Dominus de semetipso dixit : Si affiget, inquit, homo Deum, quia vos configitis me ? et dixistis, in quo configimus te ? et subiecit Deus posthaec illi : me vos configitis gens tota : quod pertinet ad mysterium Dominicae passionis, in qua Iu-

CARTHAGENA de SS. Trinit. et Christ. Dom. — Vol. IV. P. II.

dae Christum crucifixerunt, quando sceleratas manus iniecerunt in eum.

Et Ioannes Cassianus (de Incarnatione Verbi) aperte docet Prophetam ibi locutum fuisse in persona Christi : sic enim ait : Ut evidenter utique fierent, quae prophetabantur, quod de passione Domini nostri propheta cecinit, quasi ipsius, de quo dicebat ore praedixit. Si affiget, inquit, homo Deum suum, quia vos affigitis me ? nonne tibi quaeso, dixisse hoc Dominus Deus noster, quasi ad crucem ductus, videtur ? cur quaeso Redemptorem vestrum non agnoscitis ? cur Deum indutum pro vobis carne nescitis ? Salvatori vestro necem paratis, auctorem vitae ad mortem ducitis ? Deus vester sum, quem suspendistis, Deus vester, quem crucifixistis. Quis rogo, hic error, aut quae insania est ? Si affiget homo Deum suum, quia vos affigitis me ? cui sil honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

## HOMILIA XXVIII.

De titulo cruci Christi Domini apposito, in illa verba Scriptis autem et titulum Pilatus, et posuit super crucem ; erat autem scriptum : Iesus Nazarenus rex Iudaeorum.

Ut sacri huius tituli recondita mysteria penetremus, a materia eius, si placet, exordiamur : quam est omnes silentio obvolvant, venerabilis Beda non praeterivit, sed disertis verbis tradit, tabulam tituli super caput Christi positam fuisse buxeam : de qua in sensu mystico non incongrue intelligi posse antumo illud Isaiiae : Scribe ei super buxum, et in libro diligenter exara illud, et erit in die novissimo in testimonium, usque in aeternum. Haec autem buxi materies inscriptioni mirifice quadrat : nam, teste d. Isidoro, arbor ista dura est, solida, et nodosa, quae soliditatem regni Christi, quod praedicabat titulus, aperte significabat. Est etiam, ut adnotavit Angles (l. 17. c. 20), arbor virorem semper conservans, ut scriptioem tituli nunquam esse delendam, id frustra Iudaeis procurantibus, manifeste monstraretur. Addit etiam idem auctor, buxum arborem esse figuram in ea exaratae tenacissimam ; quod non obscure comprobat tituli huius tabella, quam a me visam testor Romae in templo sanctae crucis in Hierusalem, quae in scriptio post mille fere, et sexcentos annos legi facile potest. Quamvis autem doctissimus noster Nicolaus de Lyra existimaverit titulum in charta tabulae affixa fuisse conscriptum ; aperte tamen contra omnibus, qui tabellam inspeximus, characteres tituli ferreo aliquo instrumento in ipsa lignea materia fuisse insculptos.

Fuisse vero huiusmodi characteres rubro colore tinctor ferret ex antiquo Diarum Romanorum Bosius (lib. 1. de Triumph. Cruc.) Moris enim fuit apud antiquos ea quae magno